

Estado de Canet.

4 1

SI-113-1

Privilegio

Leg. 4. n. 1.

Hecho a 10 de Agosto de 1311
y ha: 1 de Sep. de 1663.

Concedido por el Rey D.
Jayme de Mallorca, y con-
firmado por este acto por el
Rey D.ⁿ Sancho su hijo a la

Villa de Espinca, y a todos los habitadores
presentes, y venideros eclesiasticos y seculares
de los Condados de Rossellon, y Cerdeña p.
siempre perpetuam^{te}; por el qual los hace
libres de la Gabela de la sal, q.^e pagaban
a S. M. la qual le ascendia a mil libras
cada año; pero con la obligacion
de haver de dar a S. M. treinta mil libras
por una vez, pagadas a mil cada año
hasta su entero pago: el qual llevo a ser
efectivo, y otorgada a poca edad a 20 de Septiembre
el Rey D.ⁿ Sancho a continuacion de este
instrumento, q.^e fho fue en el Castillo R. de

2
Expinan a 4 de Agosto de 1311. Ante
Lorenzo Masensal Not.^o pp.^o y Secret.^o de S.M.
q. no hizo escrivir, y lo firmo, y signo; y
Extraido del libro verde mayor de las Casas de
la Villa de Expinan por Honorable
Rey, Not.^o pp.^o de dicha Villa, y Esc.^o de la
Escibania mayor de ella, y Secret.^o de su
Consejo, a 1 de Sep.^o de 1663.

Nº 36

Privillegio del Rey Don sancho
Concedido a la Villa de Perpiñan y a
todos los habitantes en las Condado
de Rosellon de la libertad de la sal
y quitto la Lanza della, congueno
se pudiese poner a mar. Dado en el Castillo
Real de Perpiñan a die nonas Augusti año 1311.
Sacado del Libro Verde mayor de Las Casas de la
Villa de Perpiñan —

Nº 36 — Ligamen — 13 — litj — P

Leg. 4. N. 1.

Canet

4

Scouerint Inuierfi Quod nos Sancius Dei gratia
Rex Maioriarum Comes Rossilionis et Ceritanie et Dominus Mon-
ti-pesulani. Attendentes Illustrissimum dominum Iacobum Regem
Maioricarum uolens memorie genitorum nostrorum Carissimum vo-
lentem prospicere Comuni Utilitati et Saluti anime sue et Subditorum
suarum Exhilitentium nunc et in futurum in predictis Comitibus et
Alijs terris adiacentibus eiusdem affranquitate ipsos Subditos suos per-
petuo et Amouere a dictis Comitibus et terris et populacionibus ea-
rundem quandam exactionem et Seruitutem uocata[m] Uulgariter bo-
uatiu[m] quod adueniente Rege seu domino nris in Comitibus
et terris predictis Levare et exigi et recipi Consueuit et Ratione
ipsius affranquimenti prelatos et alia Ecclesiasticas personas bonos
et milites Cives Burgenses et populatores ditiarum terrarum seu
procuratores eorum ad hoc Specialiter destinatos Concessisse dno Regi
patri nostro predicto et sui Successoribus quod in recompensationem
et Chicem dicti bouatii poneret Statuere et imponere siue Statuerat et
imposuerat in terris predictis Salinarium seu gabellam Salis siq[ue]
dicta gabella seu Salinarium aut Commodum illius Valeret siue Va-
lebat et Valeret quamdiu durauit ipsi domino Regi patri nostro et sui
Successoribus annuatim mille libras barchinonenses dumtaxat omnib[us]
Quarijs et expensis deductis pro et h[ab]et et alia in instrumento publico
Remissionis dicti bouatii et Constitutionis dicti Salinarij bulla
plumbea ipsius domini patris nostri pendenti bullato latissime
Continentur quod instrumentum fuit factum Septimo decimo Ma-
lendas Octobris Anno Domini Millesimo trecentesimo tertio et
Scriptum per Bernardum de foliano et Subsignatum manu Lau-
rentij Plasencia tunc scriptoris publici Perpiniensi. Qui dominus
Rex pater noster deliberatione habita plenitudine proposuerat de
laudare ratificare et approbare expresse dictam libertatem et
amotionem bouatii supradicti. Et cum dicta gabella Salis seu
Salinarium uideretur et esset hominibus ditiarum terrarum
plurimum onerosa et dampnosa supplicarunt eidem domino Regi
patri nostro quod dictam gabellam siue Salinarium a predictis

Terris et Super illis perpetuo Amoveret et Loco et Vice eiusdem Con-
 gruam pecunie Quantitatem ab hominibus ditarum terrarum
 Subiacentibus et qui debebant et poterant Subiacere prastationi bo-
 uatii et Seruituti Salinarij predictorum Reipere Signaretur ea
 Conditione quod de dicta Summa pecunie sibi danda posset et
 teneretur Emere vel emi facere in Terris predictis mille Libras
 Barchinonenses Annuales seu Vendales quotibet anno que ha-
 berentur per ipsos et Successores suos Loco et Vice illarum mille
 Librarum que habebant in redditibus quotibet anno pro gabella
 Sali predicta Sane dominus Rex pater noster prefatus inclinatiss
 predicta Supplicationi Compasciens Subditis Suis predictis Concesse-
 rat et disposuerat per se et omnes Successores suos Reges seu dominos
 ditarum terrarum affranquiere dare absolueri diffinire et qui-
 tare omnibus clericis Religionis et personis Ecclesiasticis Sicut
 Episcopis Abbatibus prioribus prepositis Capituli Conuentibus et
 Clericis alijs Uniuersis et baronibus Magnatibus Militibus et alijs
 Uniuersis dominium hominum et feminarum habentibus nobis
 omnium suorum hominum et Subiectorum Reipientibus ac ipsis
 omnibus hominibus et feminis Scilicet Ciuibus burgensibus popu-
 laribus plebeis Rusticis siue pagensibus et alijs Uniuersis et Singu-
 lis masculis et feminis et Specialiter Uniuersitati hominum Villa
 Perpiniaci et eius Consulibus pro tota Villa Perpiniaci et
 terra Rossilionis et Vallespirij et Vallis de Pratis et Cauquiberi
 et Vallis de Baijulis et Singulorum ex eis et Uniuersitati hominum
 de Podio Cordano et eius Consulibus pro ipsa Villa Podij Cordani
 et tota terra Ceritanie et Baridani et Vallis de Rippis et pro Uni-
 uersitatibus ipsorum Locorum et Singulorum ex eis et Uniuersitati
 hominum Villa Franche Confluentis et Consulibus ipsius Villa pro
 tota terra Confluentis et Capsirij et donosani et Uniuersitatibus
 ipsorum Locorum et Singulorum ex eis ac omnibus alijs hominibus
 et feminis per dictas terras Rossilionis Confluentis Vallespirij Cau-

quilibet et aliarum terrarum et locorum predictorum habitantibus
 et habitaturis tam presentibus quam posteris et omnibus et singulis
 hominibus castra loca villas terras possessiones homines et femi-
 nas habentibus et in posterum habituris cuiuscumque status et condi-
 tionis existerunt totam ditam servitutem vel exactionem seu
 constitutionem salinarij seu gabelle salis: Itaque in dictis terris
 et Comitibus supradictis nullum salinarium seu gabella salis
 per ipsum dominum Regem patrem nostrum nec per Successores
 suos Reges seu ditarum terrarum dominos haberetur teneretur
 imponeretur vel requiretur imo penitus tolleretur et remove-
 retur de terris omnibus supradictis et habitantibus et habitaturis
 in eis lex tunc in posterum esset sublata et omnes homines et
 femina ditarum terrarum et Comitatum possent libere et
 sine contradictione dicti domini patris nostri et suorum Successor-
 um terrarum et Comitatum predictorum sal emere vendere et tra-
 ctare pro suo libito voluntatis suae sicut olim ante constitutionem dicti
 salinarij seu gabelle salis predicta fuerat eis licitum et legitime
 usitatum et essent immunes tranquilli et liberi ac quieti a salinis
 et gabella predictis et servitute eiusdem sicut per ipsam suam re-
 missionem liberationem absolutiorem et diffinitionem predictam sali-
 narium et salis gabellam predictam penitus esset extinguita adeo quod
 Casu aliquo seu occasione sursum valeret nova alia impositio seu
 creatio vice et loco dicti salinarij seu gabelle imponi valeret seu
 modo aliquo subrogari non obstante quod in constitutione salinarij
 et gabelle predictae per dictum dominum patrem nostrum fuisse sta-
 tutum et ordinatum quod predicta gabella seu redditus ipsius nunquam
 possent vendi sed illam ipse et Successores sui tenerent ad manum
 suam perpetuo cui conditioni expresse ad supplicationem et requi-
 sitionem dictorum hominum terrarum et Comitatum predictorum
 dictus dominus Rex pater noster renuntiare volebat et iam
 renunciare omnino recognoscens quod in fauorem ditarum terrarum


7
Et hominum ipsarum fuit apposta conditio supradicta et ne dicta
gabella per emptores nimis importunos et onerosos teneretur qui dictos
homines gravare in dicto Salino niterentur pro quidem assanqui-
mento et remissione diffinitione dicti Salinarii et gabelle salis et
relevatione ipsius et servitutis eiusdem idem Dominus Rex pater
noster taxaverat et ordinaverat se habere in pecunia viginti
milia libras monete Barcinone ab hominibus terrarum et comi-
tatuum predictorum qui subiacerant et subiacere poterant presta-
tioni et servituti bouatici et Salinarii predictorum. Et pro ipsis
viginti milibus libris et aptius et cum minori tedio soluentium
haberi possent de voluntate et ordinatione ipsius domini patris
nostri fuit constitutum seu impositum sexagesimum illi orbis
qui servituti dictorum bouatici et Salinarii subiacerant excep-
perceptione cuius sexagesimi iam tunc erat habita magna pars
dictorum viginti milium librarum dicto Salinario seu Salis
gabella et eius servitute cessante ea conditione quod donec viginti
milia libr. soluta fuerint prestentur mille libr. singulis annis
vendales sed cum soluta pars dictarum viginti milium librarum
soluta fuerint minuatur pars dictarum mille librarum annua-
rum proportionaliter et pro rata. Promiserat etiam idem Dominus
Rex pater noster dicta viginti milia libras collocare et ponere in
emptionibus reddituum annuorum et perpetuorum et in instru-
mentis ipsarum emptionum poni facere et contrinere quod ipse
emptions fiebant de dictis viginti milibus libris habitis ex causa et
ratione predicta. Ceterum quia nobis Sancio Regi maioricarum
prescripto plene constabat de omnibus et singulis supradictis et de
voluntate predicti domini patris nostri cui semper volumus
et volumus adherere cum essemus eius locum tenens ipso in rebus
humanis agente et vocabamur infans Sancius et locum tenens ipsius
domini Regis et etiam proprio nomine promissimus omnibus et
singulis suprascriptis quos tangebatur servitus bouatici et Salinarii
predictorum et scriptori etiam publico nomine eorum et ceterorum

Omnium quorum intererat et poterat interesse stipulanti nos
 facturos et curaturos cum effectu quod datus dominus Rex pater
 noster cum instrumento publico suo sigillo pendenti Corroborato
 usque ad festum pentecostes tunc venturum nunc vero proxime
 preteritum remoueret perpetuo a ditis terris ditum Salinarium
 seu salis gabellam et ab ea affranquiret perpetuo subditos suos et
 ratificaret de nouo affranquimentum dicti bouatui qui iam se
 cerat ut est supradictum. Et promitteret ditis subditis suis et
 omnibus alijs quorum intereret et posset interesse quod nunquam
 per aliam vel aliquem de successoribus suis aliquid leuaretur
 vel exigereetur a subditis suis presentibus et futuris ratione
 dicti bouatui. Ne ratione dicti salis gabelle et recognosceret se
 habuisse rationibus predictis a ditis subditis suis dicta viginti
 milia libras et de eisdem emeret redditus perpetuos ut fuerat
 conuentum et pro predictis omnibus et singulis attendendis et
 complendis obligaret omnia bona sua presentia et futura et ni
 hilominus facto dicto instrumento per dictum dominum Regem
 ut premissum est nos qui tunc vocabamur Infans sanctius
 primogenitus et locum tenens ipsius domini Regis auctoritate
 ipsius domini patris nostri laudaremus et approbaremus contenta
 in dicto instrumento sub obligatione bondorum nostrorum. Item quod
 in dicto Infans ferninandus et Philippus filij dicti domini Regis
 Germaniq. nostri charissimi laudarent et approbarent affranqui
 mentum predictum sicut apparet in instrumentum affranquimenti dicti
 bouatui omnes hec laudaueramus et approbaueramus pro et
 de dicta nostra promissione Constat per publicum instrumentum
 sigillatum nostro sigillo pendenti factum kalend. Martij Anno
 domini millesimo trecentesimo decimo et scriptum per Bernardum
 Ysarni et subsignatum manu Arnalde Ysarni scriptoris publici
 Perpiniensi Porro cum predictus dominus Rex felix reor
 dationis pater noster premia que ipse disposerat et nos ut pre

diutius promiseramus non potuerit adimplere morte praeventus
 et nos successerimus sibi in Regno Maiorianum et Comitibus
 Rosilionis et Ceritanie et alij terris suis vestigia eius sequi
 volentes et complere per omnia supradicta per ipsum et nos di-
 posita et promissa ex certa scientia ex causis et rationibus supra
 tactis per nos et omnes Successores nostros Reges seu dominos
 dictarum terrarum affranquimus damus absolvimus et quitamq
 omnibus Clericis Religiosis et personis Ecclesiasticis ac Baronibus
 Magnatibus Militibus et alijs Universi dominium hominum et
 faminarum ac Subiectorum suorum nomine recipientibus ac ipsis
 omnibus hominibus suis et nostris scilicet Civibus Burgensibus po-
 pularibus plebeis Rusticis Sive pagensibus ac alijs Universis et
 Singulis masculis et feminis et signanter Universitati hominum
 Perpiniensi et ipsi Consulibus pro tota ipsa Universitate et terra
 Rosilionis et Vallespirij et Vallis de Pratis et Coquiliberi et Vallis
 de Vajullis et Singularum ex eis et Universitati hominum Ville
 Franche Confluentis et eius Consulibus pro tota terra Confluentis
 et Capisij et donarani et Singularum ex eis et Universitati
 hominum Arde Pedij Cordani et Consulibus eiusdem pro tota
 terra Ceritanie baridani et Vallis de Rippi et Singularum
 ex eis ac omnibus alijs hominibus et feminis per dictas Villas
 et terras habitantibus et habitaturis nunc et in futurum pro
 ut et Superius recitatum in posse sui Notarii publici infrascripti
 tanquam publice persone nomine praedictorum omnium et
 Singularum qui suberant et debebant ac consueverant sub esse
 et subiacere dicto bouario et Salinario et Seruituti eorum ac
 omnium aliorum quorum interest et poterit ac poterit inte-
 resse a nobis Solempniter stipulanti et recipienti totam dictam
 Constitutionem Exactionem et Seruitutem dicti Salinarij et
 gabelle Salis praedictae et omne Commodum et Emolumentum
 quod ex eis habebatur et sperabatur ac poterat et debebat haberi

Statuentes volentes et precipientes quod in Terris et Comitatibus
 Supradictis nullum Salinarium seu Salis gabella vel aliqua aliq[ue]
 alia impositio seu exactione cuius vice et nomine per nos vel suc-
 cessores nostros Reges seu dominos d[omi]narum Terrarum requiratur
 imponatur habeatur vel teneatur sed a Terris predictis et ha-
 bitantibus qui habitaturi in eis remanere sit perpetuo et sublatum.
 Rursus laudamus approbamus et ratificamus remissionem et
 franquimentum predictum et remissionem bouatium que
 omnia supra et infrascripta fecimus et facere volumus et in-
 tendimus integriter et generaliter pro et melius et plenius die-
 bus dominus Rex pater noster ordinauerat et disponerat et
 nos promiseramus nos facturos et curaturos quod ipse faceret
 et compleret ut est plene superius recitatum et pro et melius
 plenius et utilius diu scribi et intelligi et interpretari potest
 et poterit ad comodum et utilitatem et bonum et sanum in-
 tellectum predictorum omnium et aliorum quorum interest
 et potest et poterit interesse Recognoscentes et Confitemes quod
 prohijs habuimus predicta omnia viginti milia libras habita-
 to ex perceptione sexagesimi Supradicti de quibus per paucos
 nos tenemus et contentos Remuniantes exceptioni pecunie
 non numerate quas conuertemus in emptionibus reddituum
 et in instrumentis ipsarum emptionum continebitur quod
 facta fuerint ipse emptiones de dictis viginti milibus libris.
 Et sic nostra bona fide promittimus et ultra ipsa viginti milia
 libras pro expensis et auarijs per dictum dominum patrem
 nostrum et eius procuratores factis ratione dicti Salinarij
 et Salis gabelle et pro minus valentia edificiorum sigillarum
 et aliorum factorum occasione dicti Salinarij et Salis euidem
 et pro eo si quod minus habuimus mille libras singuli anni

Homines singularium fidelitatis appelli. Per
 Ch[rist]ian[us] diei. Decembris. In archiepis de...




11
Ex Comodo diti Salinarij a Tempore quo fuit Constitutum usque ad finem
illius habuimus mille et quingentas libras Barcinonenses de quibus nos
tenemus similiter perpauatos et contentos et licet pro dicta diffinitione
Remissione et absolute diti bouatio et Salinarij et iuri et Comodi quod
nobis et Successoribus nostris acrescebat et poterat et debebat acrescere pro
eisdem habuerimus satis congruentem et bonam compensationem pro
dictis viginti uno mille et quingenti libris nihilominus tamen ad
maiores firmitatem premissorum predictam Remissionem diffinitio
nem et quitationem de bouatio et Salinario predictis et Seruitute et
iure eorum facimus et facere volumus et intendimus nostra gra
tuita libertate Subditorum nostrorum propicientes publica vti
litati Nam per huiusmodi diffinitionem et Remissionem ipsi nostri
Subditi Repletabuntur et meliorabuntur et quanto locupletiores
Subiectos habebimus Nos et Successores nostri tanto plus cedet ad nrum
Commodum et honorem. Quare gratis et ex certa Sciencia per
Nos et omnes Successores nostros facimus omnibus et singulis qui
Subiacebant bouatio et Salinario predictis et eorum Seruituti et
Contributori et debebant et poterant Subiacere de predictis omnibus
et singulis Remissionem et finem perpetuum et partem reale et
personale de vterius non petendo vel non exigendo premissa
vel pro illis seu aliquo eorum Aliquod aliud imponere tui Notarij
publii pro ipsis omnibus et eorum singulis ac alijs omnibus quor
intererit et poterit interesse a nobis Solempniter stipulanti
et recipienti Ad maiorem autem cautam et fidem et et premissa
omnia et singula a nobis et nostris Successoribus omnibus firmius et
plenius obseruentur et maiori gaudeant firmitate Obligamus pro
predictis omnia bona nostra et insuper iurare facimus in animam
nostram per nobilem Virum Petrum de Fontolletto et insuper pre
sentem Cartam nostro sigillo pendenti Cereis visimus Communiri
Unde Nos Petrus de Fontolletto Mandato Vice et nomine predicti

domini nostri Regis et in animam suam predicta iuramus per
 Deum et eius sancta quatuor euangelia a nobis Corporaliter tacta
 Et Nos Infans Ferrandus predicti domini Jacobi Maioricarum
 Celestis memorie filius Germanusq. dicti domini Sancij nunc
 Regnantis Ordinata et promissa per dictos dominos Reges obtan-
 tes efficaciter feruari et compleri grati et ex certa Scientia et
 spontanea voluntate dicentes et asserentes nos esse maiores viginti
 quinque annis Supradicta omnia laudamus et approbamus et
 ea grata acceptantes promittimus nostra bona fide et Solempni Sti-
 pulatione tibi dicto Notario publico stipulanti et supra nos obser-
 uaturos inuicibiliter omnia et singula Supradicta et sic iuramus
 per Deum et eius sancta quatuor euangelia Corporaliter a nobis
 tacta. Acta et laudata sunt haec in Prato Castri Regij Per-
 piniani pridie nonas Augusti Anno Domini Millesimo trecen-
 tesimo undecimo Presentibus testibus Nobilibus Bernardo
 de Sono Berengerio de Hulmis domino Castri de Hulmis et Petro
 domino de Passetibus tertis Poncio de Caramano Petro de puloro
 Castro Hugone de Fauone Militibus Dalmaio de Pontombus le-
 gum doctore Arnaldo Trauerij Iudicibus dicti domini Regis Ar-
 naldo de Codalero et Laurentio Plarense et pluribus alijs
 Jo. Laurentius Plarense Scriptor prefati domini nostri Re-
 gis et ipsius auctoritate publicus Notarius hanc cartam scribi fecit
 et clausi et subsignauit Meo publico et consueto Sig. Ino; H.

Copia huiusmodi in his quingue papiri folijs huius forme
 maioris presentis comprehenso non impleto scripta sumpta
 excepta fuit a folijs nonagesimo primo et consequentibus
 Libri viridi maioris Et cum dicto suo originali Correda
 & comprobata per me Honoratum Boig apostolica Regi aq.
 Auctoritate Notarium publicum Collegiatum Perban-
 majorem & secretarium sapientissimi Consilij vniuersitatis
 hominum singularium fidelissimi oppidi Perpiniensi
 Chuz diebus Preconditi In archiuo domus Consularis dicti


opp. di Perpiniari Et de Eadem Copie licet aliena mihi
 fida manu scripte Inductis et extra ab omnibus plena
 Actur fides Ego dictus Honoratus Roig notarius & secre-
 tarius hinc subscripsi meumq; solem et assuetum
 artis notarie Instatur & Requisitum apposi atq; subjeci
 Prima die septembris - 1663 - Sig[il]l[um]



Notarij publici infrascripti attestamus et fidem facimus
 dictum honorabilem Honoratum Roig nunc defunctum, cuius manu
 et signo est dictum Regium privilegium Clausum et labelliona-
 tum fuisse dictis apostolica et Regia auctoritatibus Notarium
 publicum Collegiatum huius oppidi Perpiniari Scribamq; ma-
 jorem et Secretarium Universitatis oppidi predicti, ipsiusq; scrip-
 turis et publicis instrumentis in iudicio et extra de ubique
 semper adhibitam fuisse modoq; adhiberi fidem quodq;
 pro fidei et legali notario semper habitum fuisse, tentum et
 Reputatum. In quorum fidem hic nos subscribimus et sub-
 signamus. Dat[um] Perpiniari Obraz die de Vigesima Sexta
 Mensis Septembris Anno a Natiuitate Domini millesimo Sex-
 centesimo Sexagesimo Quarto.



num meum Soghri Vilaroja apostolica, nequaquie auct[orit]atib[us]
 not[arij] publici collegiati Perp[iniari] predicta attestantis. 1663,



num meum francisci Diego Aulica et Regia Aulica notarij publici
 collegiati ville Bergani e hunc officij predicta attestantis. S.F.S.